IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Omnipotens abit. quia ascendens in celum. captiuitatem de inferno redemptam secum abduxit. Sic et ysai precepit. sic dicens pater ab initio creationem. ad mundi redemptionem perdinauerat. Venit ad locum magnam ala. quem turris pyrrato dicit. cum illum superbum humani generis immundum descensione sua ad inferos prostrauit. Tunc enim turrim pyrrato destruit. cum suos electos de eius captiuitate potenter eruit. Venit ad eremum qui uocatus erat incertamine.

Et cum suos multitudinem inuenit fidelium. quomodo lacrimabant et suspirabant in mortis discrimine. David uasa quae attulerat. sub manu custodis ad sarcinas derelinquit. dum pretiosa uirtutum munera quae fuerat spondere dei filio ad uexerat. custodiae spiritualibus ecclesiae porbem instruendas committit. Ad locum certaminis currit. sicut psalmista canit. Exultauit ut gigas ad currendam uiam suam. Si omnia recte agerentur erga fratres suos inuocat. dum expiendam malorum quibus humanum genus inquietat. sine peccatis contagione in sua humanitate misericordiam captat. David ad huc loquitur. dum filius dei in hac uita. inter temptationum pericula uersatur. Vir ille spiritus descendens apparet. cum superbus ille diabolus. ab eius temptationem non abstinet. Loquentem eo haec cadem uerba dauid audit. quia superbia eius et iactantia. contra uniuersam humani generis massam. filium dei competenter recognoscit. Omnes isti hinc a facie eius fugiunt. quia omnes electi ab initio mundi. ipso prescente ad inferna descendunt. SEQUITUR.

ET DIXIT Vnusquisque spiritus de israel. Hum uidisti uirum quem ascendit. Ad expugnandum cum israel ascendit. Virum quem percusserunt eum. dirabit eum rex diuitiis magnis. et filiam suam dabit ei. et domum patris eius faciet absque tributo in israel. Et ait dauid ad uiros qui stabant secum dicens. Quid dabitur uiro qui percusserit phylisteum hunc. et tulerit opprobrium de israel. Quis enim hic phylistaeus incircumcisus. qui expugnauit aciem dei uiuentis. Vnus dauid assistentes. sunt sequentes filio dei. iniuncta fidei et dilectionis deuotione adherentes. Huic iste dauid interrogationes. duae sunt filii dei

87

est enim hic phylistaeus incircumcisus. qui expugnauit aciem dei uiuentis. Referebat autem ad populos eundem sermonem dicens. Haec dabuntur uiro qui percusserit eum. Quem cum audisset eius frater maior loquentem cum aliis. iratus est contra dauid et ait. Quare uenisti. et quare dereliquisti paucula oues illas in deserto. Ego noui superbiam et nequitiam cordis tui. quia ut uides primum descendisti. Et dum dicit. Quid fecit. Hunquid non iubum est. Et declinauit ab eo paululum ad alium. dicens eundem sermonem. Et respondit ei populus sicut et prius.

VSQUE SPIRITUS de israel ordinem patriarchae inuenit. qui filium dei lacrimosis inuitans suspiriis dicit. Hum uidisti uirum qui ascendit. Ad expugnandum omnis israel ascendit. Quasi dicat. Quare tu o filii dei qui solus laborem et dolorem considas. afflictionem fidelium tuorum. et inimici qui eos persequitur. blasphemias et opprobria dissimulas. Virum illum. hominem dei. qui percusserit eum obiciendo ei superbiae. formam humilitatis suae. rex pater magnis diuitiis dirabit. quia eius humanitatem omnium suorum electorum saluatorem remunerabit. Filiam suam ei dabit. quia suam ecclesiam ipsius sanguine redemptam. inuitatae fidei et dilectionis illi associabit. Domum patris eius absque tributo in israel faciet. quia ecclesiam de gentibus quae domus patris eius est. sanguinis sui pretio liberam a peccato et mortis debito faciet. Et ait dauid ad uiros qui stabant secum dicens. Quid dabitur uiro qui percusserit phylisteum hunc. et tulerit opprobrium de israel. Quis enim hic phylistaeus incircumcisus. qui expugnauit aciem dei uiuentis. Vnus dauid assistentes. sunt sequentes filio dei. iniuncta fidei et dilectionis deuotione adherentes. Huic iste dauid interrogationes. duae sunt filii dei